Posteri, ad instantiam suprascripti Generosi Caroli Francisci in Bialobolii Karnialt vel eius Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense ex hinc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare Juri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequente, Causa eiusdem Termini semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Evicare vel aliis quibusvis Dillationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea et tria proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Partes simplicibus vel triplicato, Evasionibus, suspensionibus, fatalitus Juris proscriptione Terrestri, bello, Conventione que, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

Woiakowski & Dydynscy mutuo Roborant. atque iidem Statuent Fratrem

Cony

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Joannes Woiakowski, olim Generosi Gaspari Woiakowski Judicis Terrae Premysliensis de [illegible] una et Candidus Constantinus atq Franciscus Dydynscij olim Generosi Nicolai Dydynski cum Generosa olim Theophila de Klodnica Consorte eius Legitima procreati Filii, fratres inter se germani, partibus ab altera, sani mentibus et corporibus existentes a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni qua ad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus Bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et praecipue praefati Generosi Candidus Constantinus atq Franciscus Dydynscij fratres inter se germani suis et Generosi Michaelis Dydynski fratris sui Recognoscentium germani, pro cuius ratihabitione cavent et se praesentibus inscribunt nominibus, sibi mutuo et invicem una Pars alteri, ac Posteris utriusque Partis, seac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus. Intercisam certam inter se Recognoscentes et praefatum Generosum Michaelem Dydynski, fratrem eorundem Generosorum Dydynskich germanum ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum, de Actu et data illius hic Premysliae.

1930

Die hodierna in Actu contenta confectam et conscriptam manibus sui Recognoscentium propriis ab utrinque subscriptam, in omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadio ligamentis, ac nexibus generaliter universis, firmiter tenere, complere exequi, ac inviolabiliter observare, ritibus quoque et singulis eius contentis, tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam Intercisam vicissim in toto referendo. Idque sub Vadio summa Duodecem Millium Florenorum Polonicalium per Parem Pari, cum Successoribus utriusque Partis ob non completionem contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus iidem suprascripti Recognoscentes Generosi: Candidus Constantinus atque Franciscus Dydynski Fratres inter se germani, se, ac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis, suprascripto Generoso Joanni Woriakowski eiusque Posteris inscribunt et obligant praesentibus, praefatum Generosum Michaelem Dydynski, sui Recognoscentium Fratrem germanum, vel in eventu mortis successores illius, ad approbandam per ipsos Inscriptionem praesentem Roboratoriam vel similem suo prointeresse faciendam, ad Acta quaevis Authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decursum dimidii Anni adducere et personaliter statuere, ab eoque vel eius Successo-

ribus, ut praemissa debite exequantur efficere, Idque sub alio simili servicio et speciali Vadio aliorum Duodecem Millium Florenorum Polonicalium, per eosdem Generosos Candidum Constantinum atque Franciscum Dzidzinskie Fratres inter se germanos, sive eorum Posteros suprascripto Generoso Ioanni Woralewski sive illius Successoribus ob non statutionem praefati Generosi Michaelis Dzidzinski Fratris sui germani statuendi vel incidenti morti, successorum illius, ad exequenda praemissa pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadijs modo praemisso ad solvendum succubitis, ac pro re aliqua principali ex contentis Intercisis praefatae non completa complenda, citata existens memorata Pars una praefata non tenens sive eius Posteri ad instantiam Partis alterius praemissa tenentis et complentis, vel illius successorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium vel vadia praefata luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat, praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, causa eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum, legatione, intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Evictorem, vel alijs quibusvis Dillationibus

1932

et legibus impedimentis non differendo ad quietatio-
nem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrens
Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem
sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellatio-
nes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa
omnia Terminis simplicibus vel triplicatis Evasionibus,
Suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Terrestri,
bello conventioneque, ac aliis omnibus Iuris re-
mediis et defensio non subterfugiendo nec modo
alio quovis evadendo. Hac sua mutua personali
Recognitione ad praemissa oia et singula mediante.

Charzewski Dydynskim cedit. Woiakowski vero iisdem Adscribit.

B. Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus
773 Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Genero-
sus Eustachius Charzewski, sanus mente et corpore
existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictioni-
busque suis quibusvis propriis et competentibus recedens
do praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemyslien-
si Iurisdictioni, quoad Actum hunc attinet se, cum
Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totali-
ter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam,
Libere, publice, ac per expressum recognovit. ==
Quia ipse de omni et integro Iure suo infrascripto, nem-
pe de summa Novem Millium florenorum Polonicalium
sibi Recognoscente per olim Generosum Gasparum
Woiakowski Iudicem Terrae Praemysliensis Actis
Terrestribus,